Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	RES IUDÆORUM.	REGES SYRIÆ.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
	ſi fortè eadem Porphyrio *Cleopatra*, quæ Pauſaniæ *Berenice*. Sylla ALEXANDRUM illius Matricidæ filium, Alexandrinis regem miſit, deficiente ibi ſtirpe regiâ, *Appian.*				
3924	Alexander ductâ in uxorem Reginâ Cleopatrâ iſtâ, cuius erat privignus, eam interemit, *Porphyr.*			4634	80
3926		Alexander Iannæus moritur. Eius uxor ALEXANDRA, ex mariti monitis, captatâ Phariſæorum benevolentiâ, regnum occupat, deinde HYRCANUM eius maiorem natum filium pontificem declaravit, minorem autem ARISTOBULUM, privatum vivere iuſsit. *Ioſeph.*	ANTIOCHUS (Aſiaticus) & frater eius, regis Antiochi (pij) filij, pueri, qui regni Syriæ partem (à Tygrane non occupatam) obtinebant, Romam venerunt, regnum Ægypti petituri, quod tamen non obtinuerunt, *Cic. in Ver. act.* 4.	4636	78
3932		*Iubilæus XXVIII.* Antipas ſive ANTIPATER Idumæus HERODEM filium hoc anno ſuſcepit.	Tygranes Cleopatram, cui Selenæ cognomen fuit, interemit, *Strabo.*	4642	72
3935		Alexandra regina moritur. Hincque inter Hyrcanum & Ariſtobulum bella ingentia.	Atque ita Antiochus qui iure matris regnum Ægypti recuperare ſperaverat, etiam regni Syriæ parte, quam illa tenuerat, excidit: Sicque SELEUCIDARUM REGNUM PRORSUS EXTINCTUM EST.	4645	69

DE REBUS ÆGYPTIIS ET IUDAICIS AB EXTINCTO Seleucidarum regno. Nonnihil etiam de Romanis.

Anni Mundi.	REGES ÆGYPTI.	RES IUDÆORUM.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
3938	ALEXANDER II. Ægypti rex Alexandri I. & matricidæ filius, ab Alexandrinis eſt expulſus, *Sueton.* Ei ſuffectus eſt PTOLEM. NOTHUS, qui AULETES eſt appellatus.	HYRCANUS ab Ariſtobulo fratre, regno pulſus eſt. Qui eo potitus eſt uſque ad captam per Pompeium urbem, *Ioſeph.*	4648	66
3939		Antipater Hyrcani partibus favens, eum tandem reſtituit, *Ioſeph.*	4649	65
3940	Alexander II. Tyri ubi ſeceſſerat, vitam finivit; famâ ſparsâ, teſtamento illius populo Romano regnum Ægypti fuiſſe relictum, *Cic. oration. Agr.*	POMPEIUS Damaſci Iudæos & eorum principes audivit, improbatâ Ariſtobuli violentiâ, *Ioſeph.*	4650	64
3941	OCTAVIUS poſtea CÆSAR AUGUSTUS dictus, naſcitur.	Pompeius Ariſtobulo iratus, Iudæam armatus ingreditur; civibuſque inter ſe diſsidentibus, exercitum in urbem intromiſit. Qui verò Ariſtobulo favebant in Templum ſe recipiunt, quod Romani obſident, *Ioſeph.* CAPTUM verò eſt TEMPLUM ſolemni 3. menſis ieiunio: die eius 28. obſervari ſolito, quo urbs poſtea à Soſio & Herode eſt occupata, quoque primùm capta fuerat à Nabuchodonoſore ante annos 543. Menſis verò ille tertius, anni civilis eſt accipiendus, ab autumno deducti, qui Hebræis *Caſleu* dicitur, *Ioſeph.* Hyrcano pontificatum & principatum reddidit Pompeius, ſed diadema vetuit. Iudæoſque Populo Romano fecit tributarios.	4651	63
3946	Ptol. Auletes in Ægyptiorum odium, ob ingentia quæ exigebat tributa, incurrens, Romam aufugit, ut Pompeius & Cæſar ipſum cum exercitu reſtituerent, *Liv. Plut.*	Diſcedens verò, Syriam Scauro Quæſtori ſuo regendam reliquit; *Appian.* Vinctum Ariſtobulum ſecum abducens, cum duabus filiabus & totidem filiis: quorum unus, ALEXANDER, ex itinere aufugit, minor verò, ANTIGONUS, cum ſororibus Romam ductus eſt, *Ioſeph.*	4656	58

Ale- Ale-

Anni Mundi.		REGES ÆGYPTI.	RES IUDÆORUM.	Anni Periodi Iul.	Anni ante Chr.
3947		Alexandrini, Ptolemæi profectionem ignorantes, eum obiiſſe rati, filiam eius BERENICEM, unà cum ſeniore ſorore Tryphena (quæ & CLEOPATRA SENIOR) regno præfecerunt, *Strabo, Dio.* Ptolemæus de reſtitutione deſperans Epheſum profectus eſt, *Dio.*	Alexander Iudæam repetens, eam incurſionibus vexat, contra quem expeditionem ſuſcepit *Gabinius* Syriæ præſes, præmiſſo M. ANTONIO, qui ab Antipatro amiciſsimè exceptus eſt, *Ioſeph.*	4657	57
3948		Hunc, expeditionem contra Parthos meditans Gabinius, reſtituendum ſuſcepit, *Ioſeph.* Victiſque Ægyptiis Regnum Ptolemæo reddidit. Qui filiam ſuam Berenicem è medio ſuſtulit. *Liv. Cic. Strabo.*	ARISTOBULUS cum filio Antigono Româ elapſus in Iudæamque reverſus, ad Macheruntem pugnans multis acceptis vulneribus, cum eodem Antigono ad Gabinium ductus eſt, & ab eo cum filiis Romam miſſus. Hunc Senatus in vinculis detinuit, filios in Iudæam remiſit, *Ioſeph.*	4658	56
3950			Craſſus contra Parthos movens, Templum Ieroſol. invadit, *Oroſ.*	4660	54
3951			Sed paulò poſt trans Euphratem deleto exercitu periit, *Cic.*	4661	53
3952			Caſsius Craſsi Quæſtor Iudæam invadit, *Ioſeph.*	4662	52
3953		Ptolem. Auletes moritur, & Ptolemæus puer Cleopatram ſororem, ex patris teſtamento duxit uxorem, *Cæſar. Dio.*		4663	51
3955			Inſtantibus belli civilis motibus inter Cæſarem & Pomp. Cæſar Ariſtobulum in patriam dimiſit, ut contra Pompeium aliquid moveret, *Dio.* At ille à Pompeianis veneno periit, *Ioſeph.* Alexander quoque eius filius, Pompeij iuſſu Antiochiæ eſt ſecuri percuſſus, *Ioſeph.*	4665	49
3956		Pompeius poſt Pharſalicam cladem Ægyptum petens ibi miſerè eſt occiſus, *Plut.* Cæſar eum inſecutus, eſt etiam inſidiis tentatus.		4666	48
3957		Exinde, bello Photini in Cæſarem commoto, Cæſar hoſtium naves incendit, quarum flamma flagravit ingens illa Bibliotheca, in qua 400. mill. librorum periêre, *Plut. Hirt. Oroſ.* Tuncque etiam periiſſe Autographum LXXII. Interpretum, vult Uſſerius. Ptolemæus iunior à Cæſare captus poſteaque dimiſſus, iterum contra eum movit, ingentique clade ad ripam Nili acceptâ, receptus in navem multitudine demerſam periit, *ibid.*	ANTIGONUS Ariſtobuli filius ad Cæſarem veniens quæſtus eſt de fratris patriſque infortunio. Hyrcanum etiam accuſabat & Antipatrum. Antipater verò cauſam ſuam ſic egit, ut Cæſar Hyrcanum Pontificem, & Antipatrum procuratorem Iudææ declaraverit, *Ioſeph.* Antipater Phaſaelum è liberis natu maximum, Ieroſolymitanæ regionis ducem conſtituit, HERODI ſecundo filio, 25. annum tunc agenti, Galilæam curandam commiſit, *Ioſeph.*	4667	47
3958		Cæſar Ægypto potitus, eam CLEOPATRÆ conceſsit, & *Arſinoem* minorem ſororem ſecum abduxit, *Hirt. Suet.* CORRECTIO ANNI IULIANI. Cæſar. Pont. Max. ſuo III. & M. Æmilij Lepidi conſulatu, Romani anni emendationem inſtituit, *Cenſor. Suet.*	Herodes Ezechiam Iudæum, qui magno latronum agmine Syriæ fines incurſare ſolebat, comprehenſum interfecit. In iudicium ob hoc facinus apud Hyrcanum vocatus, ſententiam arte & magnitudine animi declinavit, *Ioſeph.*	4668	46
3959	An. à corr. Iul. 1	A Calendis Ianuariis huius anni, quibus Conſulatum iv. iniit Cæſar, primus ordinationis Iulianæ annus numeratus eſt. *Cenſorin.*		4669	45
3960	2	Cæſar Idibus Martiis anno ætatis 59. in Curia, 25. vulneribus occiſus eſt, *Liv. Plut.* Octavius ſtatim Italiam adveniens nomen Cæſaris aſſumpſit, ſeque C. IUL. CÆS. OCTAVIUM deinceps appellavit, *Liv. Dio.*		4670	44
3961	3	Poſteà bellum adversùs Antonium, & Cæſaris parricidas exarſit.	CASSIUS Syriâ occupatâ, in Iudæam contendit 700. talentis imperatis, cui primus Herodes centum talenta ex Galilæa afferens, maximam apud Caſſium init gratiam, *Ioſeph.*	4671	43
3962	4	Inde cum Lepido & Antonio conſpirat Octavius, fiuntque TRIUMVIRI Reip. conſtituendæ. Et Cicero inter alios proſcriptos eſt occiſus, *Dio. Plut.*		4672	42
3963	5	Bellum contra Caſsium & Brutum ab Antonio & Octavio geſtum, *Dio.*	Hieroſolymis cùm apud Hyrcanum epularetur Antipater, eum Malichus veneno tollendum curavit. Cuius mortem poſtea ultus eſt Herodes, Malicho à Tribunis, eius iuſſu, confoſſo, *Ioſeph.*	4673	41
3964	6	Antonius, diviſo per hyberna exercitu ad Cleopatram in Ægyptum profectus eſt. Præbuitque ea res multis motibus occaſionem, *Dio.*	Antigonus Ariſtobuli filius Iudæam invaſit, quem cùm repuliſſet Herodes, ab Hyrcano coronis eſt honoratus, *Ioſeph.* PACHORUS Parthorum regis filius, Syriâ acceptâ, in Palæſtinam profectus, Hyrcanum depoſuit & Antigonum præfecit, *Dio cum Ioſepho.*	4674	40

Hiſ- Hyr-

Anni Mundi.	An. à corr. Iul.	REGES ÆGYPTI	RES IUDÆORUM.	Anni regni Herod.	Anni Per. Iul.	Anni ante Chr.
			Hyrcano & Phaſaeli fratri Herodis vincula objiciuntur. Phaſaelus etiam neci datur. Antigonus Hyrcano amputat auriculas, ut ſic ineptus fieret ſacerdotio: rebuſque compoſitis, Hyrcanus à Parthis captivus abducitur, *Ioſeph.*			
			HERODES rebus deſperatis Romam ad Antonium profectus, eius operâ, favente etiam Cæſare, REX EST APPELLATUS, & Antigonus hoſtis declaratus C. Domitio Calvino II. & Aſinio Pollione Coſs. Olymp. 185. Anno correctionis Iul. 6. & Periodi Iulian. 4674. Atque intrà 7. dies ex Italia profectus eſt, ut regnum Antigono eriperet, *Ioſeph.*	1		
3966	8	Hiſpaniâ in Cæſaris Octaviani poteſtatem per Domitium Calvinum reductâ à Calendis Ianuariis huius anni HISPANICA ÆRA deducitur. Cleopatra pro vetere Bibliotheca quæ bello Alexandrino perierat, novam inſtituit quæ prioris filia eſt appellata, *Epiph.*	Adverſùs hunc ergo, bello non ſinè magno diſcrimine moto per triennium; tandem anno 3. ineunte poſtquam Romæ declaratus eſt rex, Hieroſolymam oppugnat, annique illius menſe tertio, in ieiunij ſolemnitate, eodem die quo antè anno 27. à Pompeio capta fuerat, eſt ab Herode & Soſio expugnata. Et Antigonus Antiochiam abductus, atque aliquot menſ. poſt, interemptus.	3 4	4676	38
3969	11		Herodes uxoris Mariamnes victus precibus, fratrem eius ARISTOBULUM ADOLESCENTEM 17. ann. Pontificem creavit, *Ioſeph.*	6	4679	35
3970	12		Eumdem arte & dolo in piſcina ſuffocat, quam	7	4680	34
3973	15	Cleopatra & Antonius apud ACTIUM, ab Octavio victi ſunt, Septembris 2. A quo annorum Monarchiæ Cæſaris numeratio eſt inſtituta, ut notat Dio, quos 44. fuiſſe refert.	ob cauſam apud Antonium eſt criminatus, ſed fruſtrà, *Ioſeph.*	10	4683	31
3974	16	Cæſar ingreſſus Ægyptum, Alexandriam occupat. Antonius Calend. Sextil. ſeſe ferro occidit, poſtea Cleopatra ſibi quoque mortem intulit, *Plut.* Atque ita à morte Alexandri Magni qui IMPERIUM MACEDONICUM condidit, ad CLEOPATRÆ mortem, cum qua illud plane coincidit; anni numerantur à Ptolemæo 294. ultimo ſcilicet, etſi non completo, in ſumma incluſo. Hoc tempore Cæſar armis civilibus finem impoſuit.	Hyrcanus in patriam regreſſus, quòd à Malcho Arabum rege tutelam petiiſſet, ab Herode morti eſt damnatus octogenarius, *Ioſeph.*	11	4684	30

CONTINUANTUR RES IUDÆORUM ac Romanorum, à morte Cleopatræ ad Chriſtum natum.

		Herodes igitur poſt devictum Antonium & morte mulctatum Hyrcanum, mandatâ regni curâ Pheroræ fratri, ad Cæſarem Rhodum acceſſit, qui illi regnum firmavit, *Ioſeph.*			
3976	18	Mariamnem dilectam ſibi coniugem, calumniis Salomes ſororis circumventam, ad ſupplicium damnat: eâque peremptâ, adeò dolori ſuccubuit, ut in gravem morbum incideret, mente etiam nonnihil commotâ. *Ioſeph.*	13	4686	28
		Interim Alexandra conata eſt duas Ieroſolymæ arces occupare, quâ re nunciatâ, eam ſinè mora interfici iuſsit Herodes, *Ioſeph.*			
3978	20	Coſtabarum ſororis ſuæ virum proditionis accuſatum, cum coniuratis interfecit.	15	4688	26
		Athletica certamina in honorem Cæſaris, quinto quoque anno, contra morem patriæ inſtituit. Theatrum in urbe, & in campo amphitheatrum extruxit, *Idem.*			
3979	21	Utque eſſet tutior, Samariam munire cœpit, quam in honorem Auguſti SEBASTEN dici voluit. Eam à Ioann. Hyrcano ſolo æquatam anno ante Æram Chriſti 109. Gabinius, anno ante eamdem 57. reſtituerat, unde *Gabiniorum urbs* ab Africano eſt appellata.	16	4689	25
		Hoc eodem anno, graviſsimâ fame & peſte laboravit Iudæa, quibus ſublevandis Herodis prudentia enituit, *Ioſeph.*			
3980	22	Adverſùs hiemis quoque aſperitatem ſubditis providit, *Idem.*	17	4690	24
		Amoto à pontificatu Ieſu Phabetis filio, Simonem ſubſtituit; ductâ eius filiâ Mariamne.			
3981	23	*Iubilæus XXIX.*	18	4691	23
		In loco maritimo ubi TURRIS STRATONIS ſtetit, urbem extruxit, quam CÆSAREAM appellavit, hancque duodecim annorum ſpatio abſolvit, *Ioſeph.*			
3985	27	Anno 18. ab exitu Antigoni, Iudæis conſilium ſuum de inſtaurando Templo propoſuit materiamque paravit, *Ioſeph.*	22	4695	19

Quâ

Anni Mundi.	Anni corr. Iul.		Anni regni Herod.	Anni Period. Iul.	Anni ante æram Chr.
3987	29	Quâ comparatâ Templum cœpit Herodes extruere, annis 46. ante primum Paſcha miniſterij Chriſti: unde illud Ioann. 2. ℣. 20. *Quadraginta & ſex annis* (hactenus) *ædificatum eſt Templum iſtud.* ᾠκοδομήθη, ut à viris doctis Aoriſtum illud obſervatum eſt.	24	4697	17
3993	35	Herodes cum filiis ſuis Alexandro & Ariſtobulo Romam navigat, coram Cæſare eos accuſaturus, quos Cæſar patri reconciliavit, *Ioſeph.*	30	4703	11
3999	41	Acceptâ demum ab Auguſto poteſtate, eoſdem ſtrangulari iuſsit, pupillorum tamen ipſorum curam egit: Inter hos Agrippæ filij Ariſtobuli, & ſororis eius Herodiadis, *Ioſeph.*	36	4709	5
		Antipatrum quoque Româ arceſsitum in carcerem coniecit: de eo Cæſari ſignificavit, huncque poſtea occidi iuſsit, *Ioſeph.*			
		Hoc anno (COSS. Aug. Cæſ. XII. & L. Cor. Sylla) EXIIT EDICTUM A CÆSARE AUGUSTO, ut deſcriberetur totus Romanus orbis, *Luc.* 2. ℣. 1.			
		Dum prior verò ageretur hic cenſus à *Cyrino*, vel *Quirino*, vel *Quirinio*, aſcendit IOSEPH à Galilæa in Bethlehem civitatem David, ut profiteretur cum MARIA deſponſata ſibi uxore prægnante, *Luc. ibid.*			

ÆTAS